

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

De Instrumento Regula I. Instrumentum non est pars ejus, cuius es
instrumentum

urn:nbn:de:bsz:31-102400

na; & sanitas, quam ægrotus sæpè non consequitur, movet Medicum ad curationem adhibendam, ut habet Fonseca *V. Met. c. II. quest. XI. Seçt. V.* Sic sanè omnium hominum miseratione est causa finalis Dei, quapropter omnes conclusit sub iniquitatem, et si forsitan Deus propter hominum contumaciam hanc suâ fine excidat.

DE INSTRUMENTO

REGULA I.

Instrumentum non est pars ejus, cuiuslibet instrumentum.

I. Diximus Part. Prior. Disput. VI. Reg. II. nos de iis etiam, quæ pro Regulis vel Canonibus venditantur, licet fortasse non sint, hisce Disputationibus constituisse agere. Inter illas jure videmur referre præsentem propositionem, quam pro Canone ponunt perpetuæ veritatis, nullique exceptioni obnoxio.

II. Ei directè opponuntur verba Ammonii in Quæstione: *Pars, an instrumentum Philosophia sit Logica?* ubi, fieri potest, inquit, ut idem pars instrumentumque sit, *V. gr. manus.* Et enim hec tunc dandi, tunc accipiendi instrumentum: pars autem corporis universi. Idem docet de professò Galenus *de uero part. L. I. c. IV. & V.* Subscribit quoque Boëthius in init. sec. edit. in *Porphyri.* Et ipse quoque Aristoteles *IV. de*

parti

part. animal.
III. Sed stimant. Ar
ti virtus inf
instrumentu
eaque de car
tur. Sed
superiorem
adhibend
quid evehatur
tō propri
ente, quar
tum desur
XVII. Seçt.
IV. Ph
idem exem
nus non ej
sed alterius
enim, man
autem no
V. Ad
quæ nititu
nā, respon
ti: primō
& animā;
Secundō i
terialis, al
hac consi

pot. animal, c. X. ubi manum organum esse di-

*c. II. quest. im misera-
mnes con-
us propter
e excidat.*

III. Sed hōc exemplō nihil profici alii exi-
stunt. Argumentantur autem ita: *Instrumen-*
ti virtus inferior est, quam ad opus, cuius ratione
instrumentum dicitur, perficiendum requiritur,
*et que de causā indiget aliō agente, à quō eleve-
tur. Sed manus vis non est tām imperfecta, ut*
superiorem aliquam virtutem requirat, à qua
*ad trahendum, impellendum, aut tollendum ali-
quid evehatur. Unde eam non pro instrumen-
to propriè loquendō, sed pro principali mo-
vente, quamvis partiali, habent. Hoc argumen-
tum desumptum est ex Suarezio Disput. Met.
XVII. Sect. II.*

IV. Philoponus in prefat. ad Prior. Anal.
idem exemplum rejicit, propterea, quod ma-
nus non ejus pars sit, cuius est instrumentum,
sed alterius pars, alterius instrumentum. Ait
enim, *manum esse instrumentum animae, partem*
autem non animae, sed corporis.

V. Ad primum, datā propositione Majore,
quā nititur definitione instrumenti Suarezia-
na, respondemus, manum bifariam considera-
tiū primō, ut est compositum quid ex corpore
& anima; & hōc modō in argumentō sumitur.
Secundō ratione corporis, tanquam partis ma-
terialis, ab anima, quam informatur, distincta. Et
hāc consideratione falsum est, virtutem manus

ita

non conse-
cionem ad-
c. II. quest.
im misera-
mnes con-
us propter
e excidat.

O
cujus iā

VI. Reg. II.

el Canonis
sint, hisce
Inter illas
ropositiō-
peruvē-

Ammonii

Philoso-

t, ut idem

Est enim

mentum:

docet de

IV. & V.

e. edit, in

IV. de

parti

ita respondere rebus trahendis, ut non indigne
principiō sublimiore, à quo extollatur. E.
text. 9. Lib. II. de animâ dicitur, *ocula*
esse materiam visus; ubi oculum non protus
sed alterâ parte ejus ab animâ secretâ sumi,
res ipsa loqui videtur, & docet Alexander re-
rente Simpliciō. Plura jam non addimus.

VI. Quantum ad alterum, quod Philo
Si manus pars corporis est, negari nequit, illa
etiam partem hominis. Corpus enim homo
pars est. At partem partis, partem etiam totū
esse, confessæ & evidenter veritatis est. Po-
si manus est instrumentum animæ, necesse
esse quoque instrumentum hominis. Eam
dem enim notionum & operationum, quam
anima est principium principale *quò*, ipse ho-
mo est principium principale *quod*. Quis
autem possit, ut aliquid sit instrumentum prin-
cipii *quò*, non sit tamen instrumentum prin-
cipii *quod*? Hæc nostra responsio multo melius
& accuratior est responsione cuiusdam,

in introd. Log. Tr. de
Phil.